Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



seipse potius quo conuenit. Seruus autem dni constanter ait. Scio. Cui dixerunt. Bonus homo es. nolumus te puarios cruciatus mori. eligere mortem quam uis. Quibus uir dni respondit. dicens. In manu di sum. ea morte me occidite qua me ipse occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant longobardis placuit ut eum capite truncare debuissent. quatenus sine graui cruciatu uitam eius compendiosa morte terminarent. Cognito itaq; quod sanctulus qui inter eos prosenatis reuerentia magni honoris habebatur occidendus esset. omnis qui in eodem loco inuenti sunt longobardi conuenerunt. Illi ad spectaculum mortis consteterunt. Vir autem dni deductus in medio est. atq; ex omnibus uiris fortibus electus unus de quo dubium non esset quin uno ictu caput eius abscideret. Venerandus igitur uir inter armatos deductus. ad sua arma statim cucurrit. Hamperiit. ut sibi paululum orandi licentia daretur. Cum dum concessum fuisset. adorandum se stratum. Quidum diutius orare. hunc electus interfector calce pulsauit ut surgere dicens. Surge. et flexo genu tende ceruicem. Surrexit igitur uir dei genu flexit. ceruicem tetendit. sed extenso collo educta contra, se spata uiuens hoc unum ferre publice duxisse. Sce iohs. suscipe illa. Tunc electus carnifex euaginatum gladium tenens annulum fortem in altum brachium percussit leuauit.